



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Sermones prestantissimi viri Roberti de Latio: ordinis
Minoru[m] sacre theologie professoris: pontificis
Aquinatis**

Caracciolo, Roberto

Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxiiij. vi. no.Maij.

Dominica palmarum: de co[n]temptu mundi. Sermo. Ixij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

Dñica in ramispalmarū.

in substātia declarauit. Tu bone iesu p
me crucis tā grande (in isto tuo quod
cerno) plens corpore supulisti suppli
ciū: vt mortē quā meis incurrerā flagi
tīs interimeres: et aīas antiquoz quas
dudū diabolica nequicia infernalibus
māssonib⁹ detinebat recupares: et totā
humanā naturā q̄ corruerat i mortem
perpetuā: tuo cū ipa pacificato p̄se ad
vitā interminabile reuocares. Tu es vi
ta vitalis et amabil' atq; iocūda. Mul
taq; alia addidit s̄ba mysterijs deu
tissimis plena. Quibus finitis vir dñi
glīosus sacramentū suscipēs ad terrā
supinus redijt. Deinde manus in mo
dū crucis supra pectus tenēs. Simeo
nis ppheteuaticinū decantauit. Quo
finito apparente luce quadā mirabili:
ex hac vita migrauit. *Elaborem⁹ itaq;
oēs vtrū oī deuotiōe qua possum⁹ sa
cramentū hoc frequētem⁹ vt sic merea
mur in hoc seculo participes fieri diui
ne grē: et in futuro sempiternę glīe: in
qua videbim⁹ deū sicuti est: q̄ viuūt re
gnat per oīa secula seculozum. Amen.*
¶ Dominica in ramispalmarū in ma
ne de contemptu mundi: ad quem nos
christus rex regum induxit verbo pari
ter et exemplo. *Sermo. lxxj.*



Eccerex tu' ve

nit tibi māfuetus sedēs
sup asinā. Scribunt hec
verba Mat. xxj. et in eūā
gelio hodierno. Inuigi

landū est accuratissime ab oib⁹ nobis:
ne decipiamur a blanditijs proditoris
mundi. Allicit equidez nos apparenti
suauitate dulcīq; armonia bonoz tem
poraliū. Cui si pbuerimus aures men
tis imemores facti glīe celestis ruem⁹
in pelagus vastissimuz inferni tenebro
si sicut illi q̄ syrenarū cantus nō curāt
euitare. De quibus sic dicit Hiero. ad
matrem et filiā in gallijs commorātes.
Narrant gentium fabule cantibus sy
renarum nauas in sara precipites: et
ad orphei cytharaz arbores bestiasq;

vt sicuti dura mollita. Hinc et dicit
in plogo Josue dicit: Nos ad partem
festinātes mortiferos syrenarū cantus
surda debemus aure pertransire. Pro
pterea saluator n̄r in omni vita suare
bo pariter et exemplo contēmere mōdū
nos docuit. Pro cui⁹ contēptu hoc de
māfuetus et humilis sedere voluit sup
asinā. Et qm̄ rarissimi sunt q̄ ex
plū sequant: pluresq; inueniunt dōl
ctores q̄ p̄ceptores mundi. Recito in
presenti sermone de mūdi p̄ceptu dō
mus: notabim⁹q; tres p̄ncipales rō
nes quare sit contēendus.

Prima rō d̄r diuine ordinationis.

Secūda finalis cōsummationis.

Tertia maligne cōditionis.

¶ Quod mūdos cōtēnedus est: eo q̄
ita ordinauit: et de causā p̄ductus mū
di et tēpore ac vnitare. *Capitū.*



Prima ratio quare cōtēned
us est mūdos d̄r diuine ordi
nationis. Ordinauit enim
deus vt hō diligeret sp̄m
deū sumimū bonū: non autē
mūdū. *Uñ magi sen. f. dist. ij. libri autē:
Fecit de⁹ rationalē creaturā vt sumimū
bonū intelligeret: intelligēdo amaret:
amādo possideret: possidēdo frueretur.*
Sed pro huius partis pleniore intelli
gētia tria sunt de mūdo declarāda.

Primū dicit causalitas.

Secūm tēporalitas.

Tertiū vnitatis.

¶ Primū declarādū d̄r causalitas. vtrū
scz causa efficiēs p̄ductina mūdi fuerit
ipse de⁹. Et circa hoc sunt tres opinio
nes. Prima p̄borum q̄ nesciēs intelli
gere quō aliquid fieret ex nihilo: sunt
multa falsa de mūdo locuti: sicut py de
democrito et epicuro: qui vt Lactan. ait
in. f. di. insti. dixerūt oīa fortitū esse fa
cta. Cōtra q̄s licz alij p̄bi dixerint mun
dum esse factū: vt ps. f. de celo et mūdo. c.
ij. Metbauroz. tñ errauerūt aliqui asse
rētes illū factum esse a deo de sui essen
tia. Sed hec positio sequentibus p̄bis
apparuit improbabilis q̄ dei essentia

nobilissima et oino inuariabilis fieret
corporaliū & variabiliū materia que de
se est imperfecta nisi perficiat p formā.
Anaxagore aut opinio fuit vt dixit Ari-
sto. s. p̄phys. r. ij. de aīa. r. in. s. de genera-
tione: q̄ mundus erat fact⁹ ex principijs
existētibus sc̄ materia & forma: sed for-
me latebāt in materia anteq̄ intellectu
illas distingueret. Platonicī hō posue-
rūt mundū ex principijs existētibus ma-
teria & forma: sed materia posuerūt per
se et formas separatas. Zales milesius
vt refert Lactā. in. s. diu. insti. dixit deū
et aqua cūcta formasse. Et materia re-
rum posuit in humore: r. principiū cau-
samq̄ nascēdi cōstituit in deo. Omitto
qd̄ senserit Crisippus: qd̄ Eleantes: qd̄
zeno: qd̄ Empedocles: r. ceteri q̄ ideo er-
rauerūt: q̄ nescierūt contēplari omni-
potētiā dei: que ex nihilo p̄t facere ali-
quid. Et ex nihilo creauit angelos: ex
nihilo materias primas: ex nihilo creat
aias nostras. Propterea dicit magister
di. ij. q. libu. Creare est ex nihilo aliqd̄
facere. Hoc aut nos intelligim⁹ ex reue-
latione dei facta Moysi eximio prophe-
tarū. qui in princi. Gen. s. ita scripsit: In
principio creauit deus. i. ex nihilo p̄du-
xit h̄m glosam. celū & terram. Ergo de
p̄bis dicimus illud Lactantij in. s. diu.
insti. Omissis terrenis h̄mōi p̄bie auto-
ritatibus nihil certi asserētibus aggre-
diamur viā rectā: quos equidē si putas-
rem satis idoneos ad h̄m viū dū duces
esse: r. ipse seq̄rer: r. alios vt seq̄rens hor-
tarer. Sed cum magna inter se cōcerta-
tione dissidēt secūq̄ ipsi plerūq̄ dis-
scordēt apparet eorū iter nequaq̄ esse
directū. Siquidē sibi h̄q̄ vt est libituz
ppuas vias imp̄sserūt: cōfusionēq̄ ma-
ximā inq̄rentibus veritatē reliquerunt.
Nobis aut q̄ sac̄m religionis acapim⁹
cū sit veritas revelata diuinitus omnes
vrituzq̄ sex sine vilo discrimine ad ce-
leste pabulū cōuocamus. hec ille. Sile-
ant ergo p̄bi r. erroribus suis circa pro-
ductionē mūdi imponāt iā finē. ¶ Se-
cunda opinio est hereticorū. Nam mani-

chei vt cōmemorat Aug. in li. de natura
boni. ponētēs duo principia. vñ. s. deū
oim̄ inuisibiliū: aliud diaboliū oim̄ visi-
biliū: dixerūt mūdū istū visibilē factum
fuisse atq̄ p̄ductū a diabolo tenebriarū
principe. Hęc aut heresim̄ p̄ditissimam
conant ipsi pbare autoritate: rōne: r. ex
emplo. Autoritate cōtendūt pbare dicē-
tes: q̄ diabolus in scripturis vocatur
princeps r. deus mundi huius. Et Jo-
h̄a. xij. xps ait: Nūc iudicium est mūdi:
nūc princeps mūdi huius eijciēf foras:
r. Job. xij. Venit em̄ princeps mundi
huius: r. in me non habet h̄c q̄. Et de se
Job. xvij. pilato dixit: Regnū meū nō
est de hoc mūdo. ¶ Secūdo arguūt mani-
chei rōne sic. Nullū malū est a deo: q̄ vt
h̄t Gen. s. Audidit deus cuncta q̄ fecerat:
erāt valde bona. r. Diony. in li. de diuis-
nis noibus ait: A summo bono nō egre-
ditur nisi summū bonum: sed mundus
est malus: ergo nō est a deo. Qd̄ aut sit
malus pater: q̄ si esset bonus esset dilis-
gendus: q̄ h̄m Dionysium vbi. s. Bonū
est naturaliter diligibile: sed ois p̄dicat
mundū fore contemendū. Unde Job.
s. cano. ij. ait: Nolite diligere mundum:
neq̄ ea que in mūdo sunt: q̄ si quis di-
ligit mundum non est charitas patris
in eo. r. Jaco. iij. scribitur: Adulteri an-
nescitis q̄ amicitia huius mundi inimi-
ca est deo: Quicūq̄ ergo voluerit amicus
esse huius seculi: inimicus dei con-
stituitur. r. Job. vij. de mundo xps di-
xit: Nō p̄t mundus odisse vos: me aut
odit: q̄ ego testimonium perhibeo de il-
lo: q̄ opera eius mala sunt. ¶ Tertio su-
perinducunt manichei ad suum errorem
confirmandū exemplum qd̄ Nat. recit-
tat. iij. c. quando ostēdit diabolus chri-
sto omnia regna mundi promittens se
ea illi daturum si cadens adorasset euz:
ergo videt q̄ ipe erat dñs mundi. Sed
certe mentitur manichei r. scripturas
corumpunt: distrahūtq̄ a veritate sen-
sus. Quoniam vt ait magister historia-
rum scholasticarum in principio Gen. r.
Alex. in. ij. summe. q. xij. mem. s. ar. ij.

Dominica in ramis palmarum.

et Bon. et Rich. dif. f. parte. f. ar. ij. a. f. ad. ij. scđi libri. Mundus in scriptura multipl'r accipi p'suevit. Nā aliqñ acci-
piť p' deo: aliqñ p' oi creatura seu omi
creata natura: aliqñ p' ipo hoie: aliqñ
p'ovita p'senti: aliqñ p' vitiosavita ma-
loz. Probaf hec acceptio multiplex sa-
tis dare. Nā Job. j. c. d: de vbo dei: In
mūdo erat. i. in parte s'm Aug. Et mū-
dus p' ipm factus est. i. oē qđ reperitur
sive in celo sive in terra. Et mūd' .i. hō
eū. f. verbū incarnatū nō cognouit: qđ
dictū refertur ad iudeos. Qz etiam hō
intelligat nomine mūdi p'z p' illud qđ
filiū suū vnigenituz daret: vt omnis q
credit in eū nō pereat: sed habeat vitā
eternā. Qz etiā mundus accipiat p' vitā
presenti patz in verbis xpi dicentis
Job. xvj. Exiū a patre et veni in mun-
dū: itez relinq mundū et vado a p'rem.
Qđ etiā mūdus accipiat p' vitā maloz
et iniquoz hominuz: colligit ex verbis
xpi Job. xv. discipulis dicentis: Qz de
mundo non estis: sed ego elegi vos de
mūdo: p'pterea odit vos mūdus. Dia-
bolus itaqz d: princeps mūdi: non q
ab ipo mūdus creat' sit: sed qz est oim
maloz caput. s'm illud Bre. xvj. moral.
Caput iniquoz diabol' est. Et hoc mō
mūdus d: mal': et merito odiēd' atqz
spemēdus. Explicauit hoc apz Job. cū
subdidit in autoritate p' allegata. No-
lite diligere mūdū et. Oē qđ est in mū-
do concupiscētia carnis est: et concupiscē-
tia oculoꝝ: et superbia vite. f. Johā. ij.
Dicit itaqz diabolus pnceps malozū
rōne p'acta. Et a Paulo vocaf de' hu-
ius seculi nūcupatiue: sicut ab eodem
Phil. ij. guloꝝ venter dicitur deus.
Et per hec dicta satis sufficēter respō-
sum est ad autoritates ac rōnem quas
manicheus induxerat. Ad exēplū dō di-
cimus qđ diabolus qñ pmittebat xpo:
mēdacier loquebatur: Voluisset vtiqz
decipere eū mēdacio suo: sicut decepit
in paradiso terrestri p'mos homines et
qñtidie decipit sibi credētes, p'pterea

Job. viij. c. xps de ipso dicit: Invidie
non stetit: quia non est veritas in eo.
Cū loquitur mendaciū ex proprio loq-
tur: qz mēdax est et pater ei'. Sed ergo
confusi manichei cū diabolo p're facoz
de mūdi p'ductiōe ampli' nō loquant.
Tertia est opinio vera sanctorū qđ mū-
dus est in esse p'ductus a deo: quā ec-
clesia in simbolo apostoloꝝ p'dicat vo-
cens: Creatorē celi et terre. Et in symbo-
lo patrū. Factorē celi et terre visibilium
oim et invisibiliū. Que veritas colligit
ex dictis scripture vtriusqz testamēti.
Tū sapiēs Eccl'i. j. ait: Unus est almi-
mus creator: oim ois potēs: et rex potēs
et metuēdus nimis. Et Judith. xij. Be-
nedictus dñs qui creauit celū et terram.
Et Dauid in ps. lxxvij. Tu sunt celus
tua est terra: orbē terrarū et plenitudinē
ei' tu fundasti: aquilonē et mare tu crea-
sti. et Esa. xlvij. Ego puim' et ego nouiss-
mus. Adan' mea fundauit terrā: et dō-
tera mea mēsa est celos. et Job. j. Oia p'
ipsum facta sunt. et Ephe. ij. In deo q
oia creauit. et Colossen. j. In ipso cōstita
sunt vniuersa in celis: et in terra visibi-
lia et in invisibilia. et Heb. j. In principio
tu dñe terrā fundasti: et opera manuum
tuarū sunt celi. et Act. iij. Dñe tu fecisti
celū et terrā. et xvij. De' qui fecit mundū
et oia que in eo sunt. et Apo. c. x. Jurans
per viuēte in secula seculoz: qui cre-
auit celū et terrā. Hoc insup vt p'missus
est pbi qplures cōfirmat: licet in modo
p'ducēdi deficiat. Tū Za. ct. li. f. di. i. i. i.
Ophēus (inqt) vetustissimus poctari
deū verū et magnū p'mogenitū appē-
lat: eo q ante ipsum nihil sit generatū
ab ipso sunt cū cta generata. et Macro-
bius li. f. de somno Sapiens ait: Deus
qui prima causa est: vocaf vnus omniū
que sunt: queqz vidēt esse p'ncips et
origo est. Et vt inqz Aug. lib. xj. de ciu-
dei. c. iij. Excepis propheticis vocibus
mūdus ipse ordinatissima sui mutabili-
tate et mobilitate: et visibilium cōstitū
pulcherrima specie: quodāmodo tacet
et factū se esse: et nō nisi a deo ineffabiliter

ter atq; inuisibiliter magno et ineffabiliter ac inuisibiliter pulchro se fieri potuisse proclamant. Et idē li. r. cōfess. Interrogauit de deo meo celū: solē: lunā: et stellas. Et rēderunt. Neq; nos sumus quod queris: et dixi oibus que arctissantes fores carnis mee. Dixit de deo meo aliquid. et exclamarunt voce magna. Ipse fecit nos. Interrogatio mea: et tēto mea: et res pōsio eorū: species eorū. hec ille. Et quibus oibus cōsiderare debem? q̄ admirāda sit sapiētia creatoris: q̄ timēda et ueneranda potētia: q̄ ue laudāda ac benedicēda bonitas: que nobis sūt notissima dum inspiciunt mundū istū ab illo pductum de nihilo: in quo oia sunt ordinatissima et nihil est superfluum atq; diminutum. Q̄ scdm̄ de mūdo declarandū dicitur: tpalitās. Et hic vidēdū est: utrū mūdos fuerit a deo pductus ex tpe: aut ab eterno: et quibusda visus est Aristotelē tenuisse q̄ mundus fuerit ab eterno: p̄terea q̄. s. Physicorū dicit: q̄ materia est ingēnita. Et in. s. de celo et mūdo. q̄ celū est ingēnitū: et nullū ingēnitū incepit esse: ergo vniuersitas rerum nō incepit esse. P̄terea Boetius. s. dist. ij. li. ar. s. q. ij. ait: Excellentior inter p̄bos Aristoteles s̄m q̄ sancti ei imponunt: et cōmentatores exponūt: et h̄ba ei p̄tēdūt in h̄c errorem dilapsus fuit. Quidā t̄m moderni dicūt illā nequaquā sensisse neq; intendisse probare q̄ mūdos oino non ceperit: sed q̄ nō cepit motu naturali. hec Boetius. Et. i. Tho. q. xlv. ar. s. prime partis. dicit: Nō pōt p̄bari demōstratiue mūdū semper fuisse nec rōnes quas ad hoc Arist. idūcit sunt demōstratiue simpliciter: s; s̄m qd ad p̄dicēdū p̄tioniū antiquorū ponētū incipit s̄m quosdā modos in xitate impossibiles. Et q̄ ita sit apparet ex tribus. Primo q̄: tā in. viij. phys. q̄ in. s. de celo et mūdo p̄mittit quasdā op̄niones. vt Zna ragoze et Empedoclis et Platonis: q̄ quos rōnes p̄dictorias inducit. Secdo q̄ vbiq; de hac materia loquitur inducit testimonia antiquorū: qd nō est demōstratiue: sed p̄suadenti.

Tertio q̄ expresse dicit i. s. Topi. q̄ qdā sunt p̄blemata dialectica: de quibus rōnes nō habemus. s. utrū mūdos sit eternus. Et cū p̄bat materiā ingēnitā: hoc facit idē: q̄ materia nō h̄z subiectū de q̄ sit: et sic p̄bat celū ingēnitū: q̄ nō habet subiectū ex quo generet: iō materia et celū nō inceperūt p̄ generationē vt qdā ponebāt. Sed q̄cqd Arist. senserit et cepteri p̄bi de eternitate mūdi: nobis p̄uifaciedū est: qm̄ scriptura sacra testat mūdū nō fuisse ab eterno. Vbi Prouer. viij. Sapia dei: deus dei filius: cui p̄re eternus et cui sp̄sctō ait: Dñs possedit me in initio viarū suarū: añq̄ q̄cqd faceret a principio ab eterno ordinata sum: et ex antiq̄s añq̄ terra fieret. Ipse ad huc iesus b̄ndict̄ deus incarnatus Job. xvij. inq̄t: P̄ clarifica filiū tuū claritate quā habui añq̄ mūdos fieret. Unde apte innuit mūdū ab eterno nō fuisse. Rō añt est s̄m Tho. vbi. s. Q̄ volūtas dei est cā rerū. vt no. de p̄se. di. ij. in. c. reuera. r. c. om̄ia. Sic ḡ necesse est oia esse: sicut necesse est deū velle: cū necessitas effect̄ ex necessitate cāe depēdeat: vt de v. Abeta. Absolute ḡ loquēdo nō est necesse deū aliqd velle nisi seipm̄. Vñ non est necessariū deū velle q̄ mūdos semp fuerit: sed eatenus mūdos est q̄ten? deus vult ipm̄ esse: cū esse mūdi ex dei volūate depēdeat sicut ex sua cā. Et si dicat: Cur de? nō p̄didit mūdū añq̄ cōderet aliud? R̄ndet Aug. li. s. sup̄ Gen. p̄ramantheos: q̄ noluit. Et si adhuc petatur cur noluit. Adhuc r̄ndet q̄ nō possumus assignare cām volūtat̄ diuine: q̄ tūc esset dare aliqd magis volūate diuina: qd est fallum. Iō maḡ sen. s. di. ij. li. ait: Volūtat̄ dei cā querēda nō est. Tūc ḡ de? mūdū p̄duxit cā voluit et sibi placuit. Qd etiā cōfirmat Alhacrobis li. ij. de somno Sapiōtis dicens: Quia nō hinc estimet ipm̄ mūdū cepisse: et nec lōgā retro eius eratē cum ab hinc vltra duo retro annorū milia de excellētū rerum gestarū memoria: nec greca quidē extet historia. Nā supra Ninum nihil in.

Dominica in ramis palmarum

libros preclarū redactum est. Si enim ab initio: immo ante initium fuit mundus: cur per innumerabiliū seriem seculorū nō fuerit cultus: quo nunc vtunur inuētus: nō literarū vsus: quo solo fulcitur eternitas. Vmōi oīa vidētur eternitati rerū repugnare: dū opinari nos faciunt certo mūdi principio paulatim singula queq; repperisse. Tertium de mūdo declarādū ē vnitas. Circa quod querit: vtrū mundus sit vnus aut plures? Et h̄ Anaxagoras et Democrit⁹ dixerint esse infinitos mūdos: tñ scriptura mūdū noīat in singulari: q; vnus est et non plures. Ratio est s̄m Lho. vbi. s̄. q. xlvij. art. ij. Q; vnus est ordo in reb⁹ creatis etis: p̄pterea mūdus ē vnus vnitate ordinis: s̄m q; quedā ad alia ordinant. Nā quecūq; sunt a deo: ordinē habent adinuicē: et ad ipsum deū. Quare necesse est q; oīa ad vnū mūdū pertineant. Vnde Arist. xj. metaphi. ex vnitate ordinis in rebus existentis cōcludit vnitatem dei gubernantis. Fecit ergo deus vnū mūdū: licz constet ex diuersis distinctiq; p̄ribus et naturis. Om̄do que sunt finē voluit esse hoīem rationalem s̄m illud p̄bi. Sumus quodā mō finis oīm eorū que sunt. Dicit tñ Boñ. s̄. dist. secūdi. q; hō ē finis sub fine. Sed deus est finis principalis et vltim⁹: qm̄ omne officiū oēm motū: oēneq; operationē cuiuscūq; create nature: deus ad vsū hoīs deputauit. Illi nāq; seruiūt elementa: obsequitur celestia corpora: et assistunt ad custodiam angelū. Et cur ista nisi vt omnia diligāt benignissimū deū: qui non ideo fecit mūdū ad hoīs vsū vt inde ipse contēneret: sed potius vt ab hoīe cognosceret et amaret. p̄pter tot exhibita beneficia. Oigit in gratissima aīa que creaturā ī amore p̄ponis creatori tuo: bonū sūmū et increatū negligis atq; spernis p̄ bono vilissimo et creato. Nō sic aīa peccatrix nō sic: Eutrigila et suscipe celū: p̄cēplare ibi deū creatorē: benefactorē: et glificatorē tuū tibi dicere atq; clamare. Noli diligere mū-

dū: dilige me qui illū ad te tā ordinē creauit. Noli me obliuio tradere. Noli momentanea dilectioē p̄dere eterna p̄dia et obligare te ad eterna supplicia. Q; mūdus est cōtēnēdus: q; finit⁹ et cōsummabilis: et qd cognosca potius de h̄mōi sine et cōsumatiōe. Cō-



Secūda ratio quare cōtēnēdus est mūdus ē: finalis cōsummatiōis. Vadebit nō mūdus iste cōsummatiōis et finē: nec durabit semp̄ cuius clarioē intellectum in hac parte circa tria dubitare contingit.

Primo circa noticiā generalē. Secūdo circa noticiā certitudinalē. Tertio circa noticiā cōiecturalē. Primo cōtingit dubitare de fine mūdi circa noticiā generalē. Utrū in generali cognoscere possim⁹? et scire q; mūdus habebit finē? Et rīdeo q; sic. et q; scire scripture: oēs q; doctores id tenent cōfitem̄. Uñ. s̄. Job. ij. c. ait: Utrū mūdus et concupiscētia eius. et. s̄. Cor. iij. Paulus ait: Preterit figura huius mūdi. et xps Lu. xij. et Marci. xij. et Abac. xliij. Celū et terra trāsbūnt. et Paulus in ps. c. et ad Heb. s̄. Opa manū tuarū sunt celi. Ipsa peribūt: tu autē p̄manēs et oēs sicut vestimentū veterāscēt. et sicut opertoriū mutabis eos: et mutabuntur. et sapiēs Eccl. ij. Oīa tps habēt suis spacijs trāseūt vniuersa sub solē. Augu. l. s̄. q. noui et veteris testamētū. xij. sup. Gen. ad lram. In cōueniens est mūdū eternū dicere: quē cū videm⁹ p̄p̄sioni subiectū: et p̄ singula senectute deficere credimus et finiri. et Grego. in moral. exponens illud Job. xij. c. Vō cup dormierit: non resurget. Donec auertat celū: nō euigilabit. Et nisi huius mūdi finis aduenerit: humanū genus a semino mortis nō euigilabit. Sed posset quis arguere cōtra ex dictis p̄bōim et etiā sc̄toz. Nā Plinius li. s̄. h̄storie naturalis ait: Mūdum minime esse credi pot̄ eternū immēsus: neq; genitū: neq; interitū vnq; et Arist. li. s̄. de planetis.

Mundus totalis est perpetuus et semper
 ternus: nec cessabit unquam generare aia-
 lia et planetas et omnes suas species. et idem in
 h. de generatione. Semp. primum erit genera-
 tio et corruptio et nunquam deficiet. Ricb.
 etiam in. iiii. xliij. di. ar. ij. q. s. dicit: quod fuit
 opinio quorundam philosophorum quod omnia natura-
 lia per insuetudinem corporum celestium disponantur:
 quoniam omnes partes celi redibunt ad primum
 sue creationis locum tunc omnia generabilia
 et corruptibilia eadem numero que ante
 fuerant reuertentur. Et hoc per naturam
 vlem: que sicut Avicenna i. vj. Metaph.
 est virtus infusa in substantias celorum
 gubernans vniuersitatem generationum.
 Illa autem celi dispositio erit in comple-
 to. xxxvj. milium annorum ab isto instanti
 quo creatum est firmamentum. Vnde non opinio-
 nem deridendo commemorat Aug. xij.
 de ci. dei. c. xij. di. quod qui sic tenuerunt per-
 fitebatur Platonem iterum lecturum i. acha-
 demia: easdemque futuras scholas illosque
 philosophos qui ante fuerunt. Verum omnes philo-
 sophi qui de mundi eternitate loquuntur: aut
 ex parte ante: aut ex parte post: ut inquit
 Aug. x. c. p. fati li. xij. dicit quod putant: non
 quod sciunt. Et si ponentes annorum rerumque
 iam revolutionem supradicto. c. xij. inquit:
 Absit ut nos ista credamus. Semel enim
 christus mortuus est pro peccatis nostris: resurgens
 autem a mortuis iam non morietur: mors ei vl-
 tra non dominabitur: et nos post resurrectionem
 semp. cum domino erimus. hec ille. Sunt tamen
 nonnulli obijcientes ex dictis sacre scri-
 pture. Nam Eccles. s. dicit: Generatio preterit et ge-
 neratio aduenit: terra autem in eternum ma-
 net. Et de sole luna stellis ceterisque ce-
 lestibus corporibus David ps. clyij. ait
 Statuit ea in eter. et in se. Ergo non de-
 ficiet: et ex consequenti mundus durabit in
 eternum: et semp. erunt terra elementa et ce-
 lestia corpora. Cui obiectioni respondere
 possumus ex dictis Sco. in. iiii. di. xliij.
 q. s. in response ad secundum argumentum: cum
 quo concordat ceteri theologi in. iiii. dist.
 xlvij. Dicimus ergo quod mundus potest con-
 derari duplici. scilicet quantum ad suam substantiam vel
 eternitatem: et quantum ad suas operationes, Ad

ergo manebit quantum ad substantiam: sed
 non quantum ad operationem. Vnde Ricb. dicit
 quod cessabit motus corporum celestium: quod ve-
 hit Apo. x. Angelus iuravit quod tempus am-
 plius non erit: sed impossibile est esse mo-
 tum sine tempore: sed motus celi cessabit: non quod
 de per naturam sed per voluntatem intelligentia-
 rum mouentium obedientiam voluntati creato-
 ris in definendo mouere: sicut ex amore
 eius modo sibi obediunt in mouendo. Quod
 propter convenienter a philo. xij. Metaph. dicit:
 Ea prima mouet in ratione amati et desir-
 derati. Si tamen philosophus in suo verbo sanum ha-
 buit intellectum: tunc autem placebit creato-
 ri ut amplius intelligentie corpora cele-
 stia non moueant: quod tunc habebitur finis
 motus corporum illorum. Intelligentie enim
 mouent illa corpora ut per motum eorum fiat
 renouatio insuetudinum et consuetudinum: que
 requirit ad generationem et corruptionem quos-
 usque impleat numerus electorum. Quod autem
 quod per aliquem finem mouet: illo fine habito
 rationabile est quod ab illo motu quiescat.
 Tho. etiam i. iiii. sum. 3. gentiles. c. vlti. ait:
 Quia omnia corporalia quodammodo sunt per
 propter homines: summato electorum numero
 necesse est ut tota creature corporee sta-
 tus immutetur ut congruat statui hominum que
 tunc erunt. Et quod tunc homines incorruptibiles
 erunt: a tota creatura corporea tolletur ge-
 nerationis et corruptionis status. Et sic
 non germinabit amplius terra: non ambu-
 labunt in siluis animalia: non volabunt aues
 in aere: non fiet vicissitudo temporum: non al-
 ternatio diei et noctis: non videbuntur ho-
 mines inhabitare terram: non reperientur
 ciuitates: castella: roppida: non edificia
 non agriculture: non exercitia et artes: non
 erunt dominia principatus et regna. Si autem
 quiesceret: ergo quid erit? Respondeo quod in fine se-
 culi omnes homines morientur: et omnes postea re-
 surgent. Exurget autem flamma conflagratio-
 nis: et diluuium ignis. Item illud prophete
 David ps. xcvj. Ignis autem ipsum prece-
 det. et de illo dicit glo. sup. ij. Thes. ij. et Beda
 in glo. sup. ij. Petri. ij. c. quod tantum ascendet
 quantum aqua diluuii fuit altior: super omnes
 montes terre. Et h. alij voluerint conuen-

Dñica in ramis palmarū.

tere & diluuiū illud fiet naturaliter: eo
 q̄ illius ignis generatio erit naturalis
 q̄ virtute ignis elementi & corporis cele
 stis: generabit in materia terrestri aq̄a
 & aerea. Et allegat Seneca i li. de q̄stio
 nibus naturalibus. & Arist. i. ij. Meta.
 q̄ aiūt: Dixit Empedocles arsuram esse
 terrā: cū vniuersa sidera cōueniēt in si
 gno cancri: & vniuersalē inundationem
 futurā cū eadē turba siderū: cōueniēt in
 capricorno. Tñ Rich. in. iij. di. xlvij. ar.
 ij. q. iij. dicit: q̄ sicut purgatio mūdi per
 aquā diluuij fuit sup̄naturalis ad pur
 gandū mundū de hoibus malis: s̄m q̄
 manifeste inuit text̄ sacre scripture: ita
 & illius ignis p̄ductio erit sup̄natura
 lis. Nec est incōueniēs q̄ eius p̄ductio
 nem p̄cedat vehemēs siccitas naturalis
 generata illius ignis p̄ductioni cōcor
 dāns: non tñ sicut dispositio necessaria:
 sed cōgrua. Quare aut̄ prima purgatio
 mūdi fuit p̄ aquā: & sc̄da p̄ ignem. Dicit
 Boñ. xlvij. di. iij. ar. ij. q. f. ad vlti. ar. q̄
 rō est: q̄ sicut in principio ardor regna
 uit p̄cupiscētie: sic in senectute mūdi fri
 gus auaricie. Refrigescet em̄ charitas
 multorū: & iō q̄ purgatio d̄z fieri p̄ con
 trariū: sicut purgatio ardois p̄cupiscē
 tie facta est p̄ aquam: sic purgatio frigo
 ris malicie & auaricie fiet p̄ ignem. Post
 resurrectionē v̄o erit p̄ amicis dei dies
 lōgissimatio: cū d̄ssima: atq̄ leta q̄ nūq̄
 habet noctē: q̄n quidē oēs electi cū oīa
 simul & corpore conregnabūt hinc cum
 xp̄o. Pro d̄natis aut̄ reprobis fiet nor
 amara & tenebrosa q̄ p̄ infinita sc̄la: p̄
 trahetur: in qua nūq̄ deerūt luctus: ge
 mitus: suspiria: & v̄b̄: q̄n & ipsi cū oīa si
 mul & corpore tremēdas penas inferni
 luent. T̄ sc̄do contingit dubitare circa
 noticiā certitudinalē: v̄rū possit aliq̄s
 certitudinaliter scire quātū t̄ps sit vsq̄
 ad cōsumationē sc̄li: Et respōdet Ri
 char. xlvij. di. iij. q̄ nō: q̄ vt tactū est su
 perius: cōsumatio sc̄li nō depēdet a cā
 naturali: sed a voluntate diuina. Ideo
 xp̄us dicit Mat. xxv. Nescitis diē neq̄
 horā. & Mar. xij. De diē aut̄ illa vel ho

ra nemo scit: neq̄ hō: neq̄ angeli in ce
 lo: neq̄ filius. & s̄m Aug. sumit hic sc̄l
 p̄ capite rōne mēbroz: & nō rōne p̄
 p̄sone: q̄m rōs nouit oīa: oīumq̄ sc̄l
 habuit: vt d̄ in. iij. sen. sed nulli mēbro
 suo declarauit q̄ diu erit mūdus dura
 turus. V̄nc Lu. xij. dicit: Estote parati
 q̄ qua hora nō putatis filius hoīs ve
 niet. & Mar. xij. Videte vigi. & oīa. m̄
 sci. em̄ q̄n t̄ps sit. T̄ tertio cōtingit du
 bitare circa noticiā p̄iecturalē: v̄rū q̄
 cōiecturas aliq̄s possit q̄s asserere: m̄
 dico t̄pe mūdū fore duraturū: Et d̄
 dicit q̄ sic inducēs suo mō tres p̄
 cipales cōiecturas. Prima est etat̄ an
 tiquitas. Dicit em̄ etates mundi: etat̄
 hoīs cōparari: q̄d Aug. sentire videt̄
 per Job. & xxiij. lib. de ci. dei. in fine. Et
 cut ergo sex sunt etates hoīs: & in sc̄ta
 nō pōt diu viuere: ita ergo in sc̄ta etat̄
 te mūdus diu durare neq̄t. Prima etat̄
 hoīs est infantia: q̄ durat vsq̄ ad septi
 mū annum. Sc̄da est puericia vsq̄ ad
 xij. annū. Tertia est adoleſcentia vsq̄
 ad. xxv. annū. Quarta est iuuetus vsq̄
 ad. l. Quinta est senectus vsq̄ ad. lxx.
 Sexta est decrepitas vsq̄ ad mortē.
 Tñ aut̄ ad illā puenit iam certus est q̄
 mōis nō multū tardabit. Et h̄ q̄nq̄
 nes cōfortent seip̄os dicātq̄ adoleſcen
 tes etiā moriunt̄ allegātes illud dicit̄
 Zullij in li. de senectute. Frustra sperat
 adoleſcēs se diu victurū. Quid em̄
 t̄ius q̄ incerta p̄ certis habere: q̄m etiā
 illa etas multo pluries q̄ senect̄ mori
 tis h̄ casus. Facilius em̄ adoleſcentē
 in morbos incidūt: grauius egrotātē
